

Si enim te nunc fugit ille, mox te sequetur; si dona accipere recusat, at aliquando dabit; sique minus amat nunc, propediem amabit, et quidquid volueris, faciet.

Tu igitur, o dea, quae animum dolentem iis verbis quondam solabare, veni nunc quoque, meque gravissimis aerumnis libera; et quaecumque mihi animus cupit, perfice, ac mihi ipsa subueni.

IN THEOCRITI

IDYLLIVM

Olim in pompis deorum leaenae, apri, aliaeque id genus ferae, quae domestico vsu mansuetatae fuerant, ducebantur: idque eo fiebat, vt praefentior vis numinis ostenderetur. Ex ea autem consuetudine petatum est huius Idyllii argumentum.

V. 32. Καί μεν κατεσίναζε] Legendum ὁ μεν κατεσίναζε.

Ibid. v. 45. ἔρωτας] Lego ὀδόντας. Quod enim supra dentes illos suos, amatorios seu ἔρωτικὸς vocavit, non ideo quis putet, posse etiam eosdem dentes vocari ἔρωτας.

RELIQVIAE